



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 139. Castrum S. Angeli cæteræque urbes a Comite Hieronymo restitutæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

saecul. XV.
A.C. 1484

§. CXXXIX.

*Castrum S. Angeli ceteræque urbes
Comite Hieronymo restitutæ.*

Die vigesima secunda mensis Augusti Hieronymus Comes non modo castrum S. Angeli, sed ceteras quoque Ecclesiae urbes restituit, acceptis quatuordecim millibus aureorum, quos sacrum Collegium eidem numerari præcepit; hoc facto claves Episcopo Tiburtino concreditæ sunt, quas se proxime futuro Pontifici redditurum: interea vero, prout a sacro Cardinalium Senatu iussus erat, præsidarios impositurum, Hieronymus pollicitus est. Sancitum præterea, ut si arce recuperata Virginius, omnesque Urfinorum familia, æque ac Columnenses urbe excederent, non nisi elapso mense se redituri: Jacobus vero de Comitibus latii custodiam dimitteret, atque inter Columnenses & Urfinos bimestres sancitur induciæ, quæ a die recens inaugurati Pontificis inciperent.

§. CXL.

*Promissa a Cardinalibus populo
facta.*

Omnes Cardinales die vigesima quarta Augusti consensu Ecclesiae S. Petri